

Fragment of a paper label on the spine, showing some illegible markings.

DN
42









H d
31-9

HISTORIÆ
LINGUÆ SCLAVONICÆ
CONTINUATIO QUARTA SIVE CAPUT QUINTUM

DE

↑

**DIALECTO
BOHEMICA**

OCCASIONE EXERCITII SCHOLASTICI
IN MYTHOLOGIA ET POESI GERMANICA

QUO

**NATALEM GYMNASII BE-
ROLINENSIS . CLX**

DIE VI. DECEMBRIS ANNO M DCC XXXIV
HORA IX. ANTEMERID. CELEBRAT
ET AD ILLUD

*MÆCENATES, PATRONOS, OMNES-
QUE REI SCHOLASTICÆ FAUTORES ET
AMICOS*

DEMISSE ET OFFICIOSISSE INVITAT
JOHANN. LEONHARD. FRISCH
RECTOR.

BEROLINI, apud CHRISTOPH. GOTTLIEB NICOLAI, 1734.



An-
Mar-
nini
ngeli
rum
viis
ueri
bios
zari



HISTORIA
LINGUAE SCLAVONICAE
CONTINENS QUARTA SIVE CALLE QUINTUM

DE
DIALECTO
BOHEMICA

OCCASIONE EXERCITII SCHOLASTICI
DUM METHOLOGIA ET POETICA

660
NATALIEM GYMNASII BE-
ROLINENSIS CLX


DIE VI DECEMBRIS ANNO M DCC XXIV
HONORABILIBUS VIRIS ALEXANDRO CRESERIO
ET ADRIANO

MAGISTRIS PATROVORUM OMNIVM
QUIE REE SCHOLASTICE PATRORES ET
AMICOS

DEBET ET OFFICIO SUI ME INVITAT
JOHANN LEONHARD ERICH
AUCTOR

PERSONALIA
PERSONALIA





Quatuor jam vicibus pagellas sub pro-
 grammatarum titulo edidi, in quibus de histo-
 ria Dialectorum Slavonicæ linguæ egi, de
 Glagolitica nimirum, de Russica, & utraque
 in Germaniæ partibus Vendica, meridiona-
 li & septentrionali. Sequitur nunc, data eadem occasione, Bo-
 hemica. Benevolus Lector vero perpendat quæso, me non
 tam orbi quam urbi nostræ, & scholasticæ juventuti cœnobii
 nostri potius, quam viris harum rerum peritioribus scribere,
 Dialectus Slavonicæ Linguæ, qua nunc in Bohemia uruntur,
 migrationibus quibusdam e diversis aliis Slavonicæ nationis
 dialectis orta est. Primam migrationem refert Constantinus
 Porphyrogenitus (a) his verbis: Οἱ Σέρβλοι ἀπὸ τῶν ἀβαπτί-
 στων Σέρβλων, τῶν καὶ Ἀσπρων ἐπονομαζομένων κατὰγονται τῶν τῆς
 Τσερβίας ἐνείδεν κατοικούντων εἰς τὸν παρ' αὐτοῖς Βοϊκὸν τόπον ἐπονομα-
 ζομένον, ἐν οἷς πλησιάζει καὶ ἡ Φραγκία. h. e. Incolæ Servix, e nu-
 mero non baptizatorum, quos etiam Aspros vocant, demi-
 grant de Turciæ habitatoribus ibidem in regionem ab iis
 Boïce locum sive patriam (Heim) cognominatam, ubi illis
 Franconia vicina est. Dialectus Servix ergo prima fuit quæ
 A 2 hac

(a) C. 34. de administrando imperio.

hac migratione in Bohemiam venit. Licet Æneas Sylvius (b) dicat, se nondum legisse quempiam auctorem fide dignum, qui de origine gentis Bohemorum sibi satis luculenter scripserit. Hic Constantini Porphyrogeniti locus nobis de Linguae Sclavonicæ primo in Bohemia usu sufficit; & de historia gentis Sclavonicæ in hoc regno eiusque origine luculentum testimonium continet. Dubravius. (c) de altera Sclavorum migratione in Bohemiam hæc sequentia verba scribit. Ex Illyria, quæ modo Croatia cognominatur, Bojemi isti novitii ad hunc modum prodierunt. Czechius Croata, domi & nobilitate & factione potens, ob eadem insignem patriam reliquit. Migravit una frater Czechii nomine Lechus, & cum utroque cognati, affines, amici, clientes & vernulæ. Cum in Moraviam divertissent, eamque jam pridem a gentibus suis, quemadmodum & Saxoniam bonam partem occupatam reperissent, paululum substiterunt. Interim Moravi peregrinationis causa cognita, hospites & populares suos docent, haud procul regionem distare, quam Germani Bohemiam vocarent, ab eisdem Germanis quondam habitatam, nunc vastatam pene ac desertam, nisi quod Vandalorum nonnulli, & ipsi populares, per tuguria sparsi, illam incolerent. Invenerunt itaque commigrantes Croatæ linguam suam in Moravia, & audiverunt eam apud relictos Vandalos sive Vendos in Bohemia ipsa, qui non alii fuerunt quam quidam Serblorum, qui ulterius progressi Vendorum in Lusatia conditores fuerunt, & in Saxoniam bona parte, ut modo e Dubravio audivimus, paulum mutato nomine, Sorabi dicti sunt.

Accessit tandem tertia Sclavonicæ Linguae Dialectus nempe Bulgarica, quæ primo in Moraviam Bulgarorum quadam migratione venit, cui genti ethnicæ deinde Methodius Epi-

(b) De origine Bohemorum. c. 2.

(c) L. I. Rerum Bohemicæ.

Episcopus Græcus, a Moravis Strachota dictus, Anno 894 & Cyrillus Archiepiscopus, à Bohemis Crha vocatus, Evangelium prædicaverunt. Hic Cyrillus Anno 898. Pragam venit & Christianam religionem in Bohemia plantavit. Auctores, qui de rebus Bohemicis aliquid nobis reliquerunt, uno ore dicunt, Bohemos a Moravis quos Bulgaros propter nationem, & Græcos propter religionis ritus vocant, Evangelium accepisse; Slavonicamque Bulgarorum dialectum & characterem Cyrillicum, quem Russi adhuc habent, diu in rebus sacris retinuisse. (d) E tribus his Slavonicis Dialectis, Servica & Croatica nimirum per migrationes, & e Bulgarica per religionis communionem, Bohemica conflata est. Croatica vero prævaluit. Nam Servica Soraborum sive Vendorum genti in Lusatia, Bohemice adhuc Srby sive Srbsko vocatæ, vernacula mansit, Bulgarica in rebus sacris diu usitata fuit. Sacerdotes Slavonica lingua usi sunt ob privilegium a Joh. IIX. nationi Slavonicæ in Moravia datum (e). Gregorio autem Pontifici Romano non placuit, id etiam ad Bohemos extendi, sed sine ullo e Sacris Literis, imo nec ex ratione incorrupta sumpto solido argumento, id quod Johannes IIX. exquisitissimis argumentis & infallibili Scripturæ S auctoritate apud Moravos probavit, hic sua infallibilitate apud Bohemos improbavit in Epistola, quam ad Bohemiæ Ducem Wratislaum Anno 1070. scripsit. (f)

A 3

Patro-

(d) Balbinus. Rer. Bohem. l. 2. c. 9.

(e) Quod integrum descripsi, & Programmati primo de hac Slavonica Linguae Historia addidi.

(f) Gregorius Episcopus, Servus servorum Dei, Wratislao Bohemiæ Duci Salutem & Apostolicam benedictionem. Ut sacra apud vos Slavonica Lingua vestro more peragantur, hoc quoque A. C. T. a nobis petit. Nos hac in parte tibi, fili dilecte, nullo modo gratificari posse, noveris. Nam postea quam Sacras literas sapius perpendimus, res arcano secretove servari custodiri que, nec abs quivis, imprimis simplicioribus, hinc inde disjici Deo Opt. Max. placuisse reperimus. Ita publice enim evidenterque ab omnibus cantata & audita fortasse vilescet, fastidiumque pariet aut a simplicioribus non recte intellecta acceptaque frequenti auditione, consideratione, sinistraque interpretatione tan-

dem

Patrocinium Linguae Latinae quod Ecclesiae Latinae capiti suscipiendum erat, & odium in Graecam ecclesiam cuius Bulgari membra erant, movit & ante Gregorium, Johannem XIII. ut Epistolae ad Boleslaum Ducem Bohemiae (g) qua Congregationem sanctimonialium Abbatissae Mariae, sororis Ducis confirmata, adderet: Veruntamen (haec fiant) non secundum ritus aut sectam Bulgariae gentis, vel Russicae, aut Sclavonicae Linguae, sed magis sequens instituta & decreta Apostolica, unum potiore ad placitum eligas in hoc opus Clericum apprime Latinis literis eruditum &c. Tandem sub Dithmaro Episcopo Saxone, ob facundiam, Linguaeque Slavicæ scientiam claro, Latina Lingua in templis prævaluit. Nihilominus mansit Bulgarica Dialectus in quibusdam locis & monasteriis, adeo ut Carolus IV. Bohemorum Augustus, qui Pragam, caput hujus Regni, templis & monasteriis exornavit, canobium, Hieronymi nomine extruendum curaverit, & in illud Sclavonicos sacerdotes ordinis D. Benedicti assumerit. Hi a Papa, ^{viante pio} ipsi Carolo, ut sacra vernacula sibi lingua facerent, quemadmodum slovanenlibus temper & omnibus in locis id concessum fuit, impetrarunt. Addit his suis verbis M. Zacharias Theobaldus Junior: (b) a Papa sane Carolo id concessum esse miror. Sed quid mirum? Extincto igne scintillulam neglexit Pontifex, quæ vigilantibus tot custodibus nihil accendere, nec cadentem in Ecclesiis Linguam Bulga-

dem forte tetri errores in vulgus irrepent, qui deinceps ex hominum cordibus vix agere evelli poterunt. Nullus hic erit prætextui locus, quod nimirum ecclesiastici simplici candidoque populo in prima ecclesia hac in parte multa concesserint, sed multa inde mala hæretica exorta, quæ quidem postea, Christiano ordine decoroque obtinente, Christianaque ecclesia confirmata, perspectoque ex hac hujus indulgentiæ concessionisque radice hæreses hæc exortas esse, magno labore omittenda fuerunt. Quod itaque a populo tuo minus considerate petitur, non acceptatur. Nos enim ut huic merae curiositati omnibus modis obstes Dei & D. Petri virtute sive auctoritate potestateque prohibemus, teque per Dei Opt. Max. gloriam hortamur, atque jubemus. Datum Romæ Anno 1079.

(g) Annalista Saxo & Cosmas in Chron. Bohemiae ad annum 967.

(b) In Bohemia turbulenta. c. 31

Bulgaricam hæc columella sustinere potuit. Ita & Wenceslaus Caroli IV filius, Græco more rem divinam in æde sedis regię fieri concessit, nemine contradicente. Latine observantię sacerdotes, inquit Stranski, (z) tamenſi potentia opibusque eo tempore antecellebant, amicitiam tamen cum Græcæ seu, quod idem erat, cum Bulgaræ disciplinæ hominibus, non tantum celebrabant, verum etiam ex eorum Presbyterio unum atque alterum inter Canonicos templi D. Vito (Pragæ) consecrati, semper allegebant, qui sacris more suo seorsim in peculiari ædícula, sub majore turri operarentur, domiciliumque apud eam suum haberent. Stetit ea ædícula sub turri, donec Wladislai II regis ævo diruta, inque domum in qua Præpositus habitaret, transformata fuerit. Forsan eadem ratio est ædis Vandalicæ sive Sclavonicæ in Cotbusiensi Monasterio, de cujus fundatione, conservatione & reformatione I. G. O. Richter Schediaſma edidit Anno 1729. His modis suppressa Dialectus Bulgarica in re ecclesiastica tandem exspiravit. Croatica vero in rebus Politicis & quotidiano longoque uti ita in Bohemia confirmata est, ut Czechi Croatæ nomen, non tantum ipsi Bohemi retinuerint & Czechowe dici maluerint; sed & a Sclavice loquentibus omnibus, imo & ab Ungaris Græcisque recentioribus hoc nomine appellentur. Majores nostri, inquit Stranski (k) in sermone suo ornando, perpoliando, augendo & ad posteritatem propagando præcipue ac feliciter elaboraverunt, imo ne neglectui haberetur legibus caverunt.

In Politicis (l) Regii consilii negotia quicquid Bojemis, Moravis, Silesiis Lusatisve Rex mandabat, olim quidem non nisi lingua populi Bojemi vernacula fiebant. Provinciales etiam ipsi Silesii ac Lusati Slavica populari, quoad maxime fieri potuit, ad Bojemam dialectum conformata Lingua res suas

in

(z) In Republica Bojem. c. 6. n. 17.

(k) Stranski Respubl. Bojem, p. 160.

(l) Stranski, c. 27.

in Consistorio Regio proponebant, & Legatos suos scriptis Boemice mandatis instruebant. Stetit his moribus institutisque & floruit pacatum longissimo tempore ex *ἁμογλώττοις* nationibus diversis coagmentatum olim regni corpus. Avorum vero memoria, posteaquam Silesii Lufatii indigenæ cum hominibus peregre advenientibus commixti, peregrina quam sua lingua loqui maluerunt, contemtu apud eos cepit sermo ille avitus haberi, Wasserpolacismus vocari, ac Germanicus pro eo, in sacris pariter & profanis locis, frequentari, hinc nata postea quoque est Linguae Bojemorum valde perniciofa in sacratione hoc Regis consistorio, Expeditionis quam Germanicam vocant, institutio. Jam ergo, pergit Stranski c. XV. quæcunque ab hujus loci senaru conclusa Regis calculo comprobantur, iis, si Bojemos Moravosque contingant, Bojemice; sin Silesios, Lufatos, Chladscanos, Hebanos, Cubitensesve, Germanice in scripturam redigendis, formularii sunt ordinati, qui ea, in forma materiæ convenienti describant.

Cum Religione Christiana venit in Bohemiam simul character Bulgaricus, quem Stranski Ruthenicum vocat (m) & addit: magna inter Bojemos Veteres fuit literarum negligentia, & qui aliquantulum in iis ponebant operæ alios quam Ruthenos characteres ignorabant. Quia scilicet Russi eo adhuc utuntur, ab aliis a Cyrillo Archiepiscopo Moraviae, tanquam inventore magnæ partis ejus, dicitur Cirulicus. (n) Idem Dialecto Bulgarica in rebus ecclesiasticis cessante, a Latino suppressus exolevit. Latinæ linguæ usus cepit Boleslai lenis ævo inferri & simul character ejus; sed posteaquam amicitia societasque inter Germanorum Imp. Bohemosque principes & Reges coli consuevit, Germanicus successit.

A Dit-

(m) Ibid. c. IV. Sectione 3.

(n) vid. Programma mecum primum & secundum de hoc Characterē.

A Ditmari Merseburgensis temporibus, qui fuit natione Germanus; Episcopus Vendorum in Germaniæ finibus, Saxoniæque partibus; ab Archiepiscopo Germanico, nimirum Moguntino, Pragæ ordinatus, Lingua Germanica in Bohemia ubique audiri cœpit, etiam ex ore Laicorum in templis. Cosmas Chron. Bohem. p. 11. inquit. Clero modulante Te Deum laudamus, Dux & primates resonabant, Christe Keynado; Simpliciores autem & idiotæ Krelesn. (Keynado, est Germanicum, hodie genade, miserere; Krelesn pro Kyrieleison.) Si Dux & aula ejus, Optimatesque Bohemiæ Germanicam linguam etiam in templis sermoni patrio præferebant, quid in aula & quotidiano usu factum sit, facile conjici potest. Stranski de suo tempore scribit: Quam majores in lingua patriâ excolenda, ac in nativa puritate conservando accurati fuerunt, tam ætas hæc degener in scædando, inquinando, attenuando & oblivione æterna damnando est impudens. Non in vitio ponunt plerique, nec indecorum esse putant, materna in lingua pasim ridicule *σολομικῆ*, imo decorum ac festivum esse somniant ad populum Bojemicum effusissime *βαρβαρικῆ*. Rusticum, opinione illorum, est os pariter ac calamus omnis, qui non peregrini idiotismi subinde coacervatis centonibus ad fastidium exuberet. In hunc usque diem Lingua Bohemica tot Germanicis vocibus etiam in Lexicis repleta est, quot Germanica Lingua ex aliis peregrinis linguis habet, ob Bohemicas vero terminationes & Sclavonicam prononciationem non facile ab imperitis dignoscuntur.

Ad magnam Linguæ Bohemicæ culturam tempus reformationis fundamentum jecit. Lumen Evangelii etiam radios quosdam in linguam hanc conjecit. Johannis Husfi tempore primus Concinator in Bohemorum Ecclesia constitutus est. (o) Eadem via postea Typographia in hoc regnum e

B

Ger-

(o) vid. Aencas Sylvius Hist. Bohem. p. 141.

Germania venit. Nobis enim Bohemos hanc artem debere vel solus Typographicus character testatur, qui exceptis paucis apicibus & punctis, consonantium & vocalium diversam rationem pronunciandi indicantibus, totus noster est.

Vertit Johann Husf Novum Testamentum in Bohemicam Linguam. Quæ versio, licet a Melchiore Inchofero (p) perstringatur, sæpe tamen postea typis repetita; & aliæ eam secutæ sunt.

Ante Lutheri tempus Biblia in Bohemicam linguam versa existisse testatur etiam Doctor Geiler, Keisersbergensis, qui ante reformationem Argentorati vixit (q) So hör ich wohl darum, daß die Bibel tütisch ist gedruckt, so soll man die tütisch nit predigen den tütischen. Die Juden haben sie in Abrahamischer Sprach, die Ungerer in Ungerscher Sprach, die Behem in Behmscher. Post reformationem Novum Testamentum & Biblia integra sæpius in lingua Bohemica prodierunt. e. c.

Novum Test. Anno 1538. 8vo. Pragæ veter. quæ editio in fronte insignibus Electoris Saxonæ ab aliis distincta est. Biblia in Folio, cum privilegio Sigismundi Imper. Anno 1557. Novum Testam. 1564. 12mo.

Biblia in 8vo 1596. a Fratribus Bohemis 1579. incepta 1588. edita quinque partibus. Sexta est Novum Testamentum opera Niemczanii Senioris 1593. posterior editio, studio Zach. Aristonis senioris Anno 1600. (r) Joh. Blahoslus Novum Testamentum e Græcis fontibus in Bohemicum sermonem transtulit. (s).

Secu-

(p) In Historia Sacræ Latinitatis. p. 264.

(q) In Navicula Stultorum. fol. 12.

(r) Vid. Regenwolfscii sive Wengerscii histor. Ecclesiast. p. 64.

(s) ibid. pag. 319.

Seculo sequenti hæc editio sæpe repetita est, & nostro ævo Biblia Bohemica impressa reperiuntur.

Catalogi Scriptorum Lingua Bohemica typis vulgatorum in variis artibus & scientiis magni sunt, sed apud nos rarissimi. Scripta Theolog. & Ecclesiastica Evangelicorum & aliorum vid. in Regenwolscii Historia Ecclesiast. Sclavonicarum Provinciarum.

Nec desunt libri in usum Scholarum editi.

Johannes Blahoslaus scripsit Grammat. Bohemicam Item M. Laurentius Benedictus Scholæ Teutobrodensis Rector. Rosæ Grammat. Bohemica Latine scripta omnibus aliis merito præferenda est.

Elementa Declinationum & Conjugationum, Nominum & Verborum Latinorum, Latine & Bohemice, Pragæ 1686. 8vo. & postea sæpe edita. Quo libello in Hungaria superiori Ludimagistri etiam in pagis Sclavonicis utuntur, & ex illo rudimenta Linguae Latinæ rusticam juventutem docent.

Qui e Germanis linguam Bohemicam, vel e Bohemis Linguam Germanicam discere volebant, jam olim libellos invenerunt, & Dialogos, e. c. Anno. 1578. 8vo. *Ein Büchlein in Böhmischer und Teutscher Sprach, wie ein Böhme Teutsch und ein Teutscher Böhmisch lesen, schreiben und reden soll.* Auctoris Nomen in dedicatione legitur, Andreas von Glatow.

Vocabulariorum sufficiens numerus invenitur e. c. Joh. Kachinowskego Sylva Vocabulorum Bohemicorum. Joh. Amos Comænius Januam suam Latinæ Linguae ipse Bohemica versione locupletavit. Habemus etiam Vestibulum ejus Bohemicum cum fundamentis Grammaticæ Latinæ & Bohemicæ.

Lodereker Pragenus Bohemus Dictionarium Septem Linguarum conscripsit in quorum numero est etiam Bohemico-Latinum & Latino-Bohemicum.

Loco omnium, tanquam optimum omnium Vocabulariorum & Lexicorum, quæ vidi, est mihi M. Danielis Adami a Welleslavina Sylva quadrilinguis Vocabulorum & Phrasium Bohemica, Latina, Græcæ & Germanicæ linguæ. 4to. Potissimum propter Synonyma Bohemica liber commodissimus. Item propter Indicem Germanicum & Nomenclatorem in fine aditum secundum capita rerum omnium, cum indicibus.



Die Namen derer so sich diß
mahl im öffentlichen Re-
den üben.

Der Inhalt ihrer Reden.

I. Gottlieb Friedrich Diester-
haupt *Bärwald. March.*

Vorrede. Vergleichung der
Mythologie mit der Tschin-
nesischen Sprache.

II. Christoph Friederich Feige,
Spandov. March.

Daß viel Künstler, als Mahler
u. a. von der Mythologie
viel wissen müssen.

III. Joh. Friederich Hövel. *Calba
Magdeb.*

Auch die Kupferstecher, und
die so Holzschnitte machen.

IV. Samuel Becher *Neustad.
ad Doffam.*

Nebst den Bildhauern,
Münzmeistern, Siegel-
grabern u. a. m.

V. Georg David Zaucher.
Berol.

Von der Nothwendigkeit der
Mythologie in Lateinischen
Schulen.

VI. Joh. Gottlieb Musche. aus
Getörm.

Daß die Mythologie zu Er-
findungen auch in Schul-
übungen diene.

VII. Christian Heinrich Hy-
nisch. *Anderbek. Halberstad.*

Daß man den Mißbrauch der
Mythologie mit andern be-
klage, aber die Abschaffung
derselben nicht billige.

VIII. Rudolph Friederich von
Ziegler.

Gespräch von dem Poeten
Orpheus.

IX. Philipp Ludewig Michae-
lis. *Beelitz. March.*

X. Ehrenreich Wilhelm Raab-
fi. *Berol.*

Vom Aristaeus.

XI. Wilhelm Johann Hy-
nisch. *Berol.*

Von der Eurydice.

- XII. Christian Jacob Wege: Vom Ende des Orpheus.
ner. *Bärwald. March.*
- XIII. Johann August Natter: Vom Christlichen Orpheus.
möller. aus Mittewald.
- XIV. Carl Ludwig Michaelis. Von der Christlichen Eurydice.
Berol.
- XV. Joh. Gottfried Bruno. Vom Unterscheid eines Heidnischen und Christlichen Zungendliedes.
Berol.
- XVI. Joh. Gottlieb Kirchhof. Daß Orpheus ein geehrter Poet gewesen.
Berol.
- XVII. Johann Philipp Stepheni. Wie die Musen den Orpheus begraben.
- XVIII. Carl Ludwig Niedger. Vergleichung der Stadt Berlin mit Lesbos, sonderlich wegen des Herrn von Camig und Herrn Schönemanns Poesie.
Berol.
- XIX. Wilhelm Siegfried Collmann *Gardeleg. March.* Von dem Schwedischen Orpheus Starchater.
- XX. Adolph. Friderich Niedger. Vom Poeten Amphion.
Berol.
- XXI. Georg Heinrich von Ziegler. *Berol.* Vom Mauren-Bau des Amphions.
- XXII. Victor Christian von Ziegler. *Berol.* Vom Zethus und Amphion.
- XXIII. Fried. Carl Leopold von Ascherleben. Vom Saitenspiel des Amphions

XXIV.

-
- | | |
|--|---|
| XXIV. Carl Sigmund von
Nischerleben. | Entschuldigt seine Jugend hier
von zu reden und hänget ei-
nen Wunsch an. |
| XXV. Friderich Ernst Hayne.
<i>Berol.</i> | Von der Niobe. |
| XXVI. Joh. Ernst Nemilius
Wilske. <i>Setin. March.</i> | Vom Arion. |
| XXVII. Godocus Leopold
Frisch. <i>Berol.</i> | Auch vom Arion. |
| XXVIII. Friderich Bogislaus
Manitius. | Vom Delphin des Arions. |
| XXIX. Carl Ludwig Mani-
tius. | Eine Satyra auf herumreisens-
de Poeten. |
| XXX. Georg Friderich Haus-
mann. | Vergleichung des Herrn Ben-
jamin Neukirchs mit dem
Arion. |
| XXXI. Anton Christoph
Frider. Gerbt und dessen
Brüder. | Von den Wasser-Nymphen
überhaupt. |
| XXXII. Carl Gustav
Ernst Gerbt. | Von der Glauce insonderheit. |
| XXXIII. Henr. Christian
Rudolph Gerbt. | Von eben dieser. |
| XXXIV. Otto Ludwig
Gerbt. | Von der Doris. |
| XXXV. Friderich Wil-
helm Gerbt. | Von der Ligéa. |
-

XXXVI.

- XXXVI. Philipp Jacob Procopius, *Primislaviens. March.* Von der Pherusa, Dexamene und Phyllodoce.
- XXXVII. Joh. Ludwig Schönholtz, *Teschendorf. March.* Von der Salacia.
- XXXVIII. Johann Christian Vogt, *Berol.* Von der Thalia.
- XXXIX. Johann Gottfried Harrer. Von der Nesæa.
- XL. Jodoc. Leopold Feisch. Schluß und Danck. Rede.



IVXXX

In 42

ULB Halle

3

003 313 719





F
L
Sci
17



Ha
3179

HISTORIÆ
LINGUÆ SCLAVONICÆ
CONTINUATIO QUARTA SIVE CAPUT QUINTUM
DE
DIALECTO
BOHEMICA

OCCASIONE EXERCITII SCHOLASTICI
IN MYTHOLOGIA ET POESI GERMANICA

QUO
NATALEM GYMNASII BEROLINENSIS . CLX

DIE VI. DECEMBRIS ANNO M DCC XXXIV
HORA IX. ANTEMERID. CELEBRAT
ET AD ILLUD

*MÆCENATES, PATRONOS, OMNES-
QUE REI SCHOLASTICÆ FAUTORES ET
AMICOS*

DEMISSE ET OFFICIOSISSIME INVITAT
JOHANN. LEONHARD. FRISCH
RECTOR.

BEROLINI, apud CHRISTOPH. GOTTLIEB NICOLAI, 1734.

